

Per accompagnare l'invio di versi 'leggeri' ad un amico.

C. PLINIUS PATERNO SVO S.

Tu fortasse orationem, ut soles, et flagitas et expectas; at ego quasi ex aliqua peregrina delicataque merce lusus meos tibi prodo. Accipies cum hac epistula hendecasyllabos nostros, quibus nos in vehiculo, in balineo, inter cenam oblectamus otium temporis. His iocamur, ludimus, amamus, dolemus, querimur, irascimur, describimus aliquid modo pressius modo elatius, atque ipsa varietate temptamus efficere, ut alia aliis, quaedam fortasse omnibus placeant. Ex quibus tamen si non nulla tibi petulantiora paulo videbuntur, erit eruditionis tuae cogitare summos illos et gravissimos viros qui talia scripserunt, non modo lascivia rerum, sed ne verbis quidem nudis abstinuisse; quae nos refugimus, non quia severiores (unde enim?), sed quia timidiores sumus. Scimus alioqui huius opusculi illam esse verissimam legem, quam Catullus expressit:

Nam castum esse decet pium poetam
> ipsum, versiculos nihil necesse est,
qui tunc denique habent salem et leporem
si sunt molliculi et parum pudici¹.

Ego quanti faciam iudicium tuum, vel ex hoc potes aestimare, quod malui omnia a te pensitari quam electa laudari. Et sane quae sunt commodissima desinunt videri, cum paria esse coeperunt. Praeterea sapiens subtilisque lector debet non diversis conferre diversa, sed singula expendere, nec deterius alio putare quod est in suo genere perfectum. Sed quid ego plura? Nam longa praefatione vel excusare vel commendare ineptias ineptissimum est. Vnum illud praedicendum videtur, cogitare me has meas nugas ita inscribere 'hendecasyllabi', qui titulus sola metri lege constringitur. Proinde, si ve epigrammata si ve idyllia si ve eclogas si ve, ut multi, poemata seu quod aliud vocare malueris, licebit voces; ego tantum hendecasyllabos praesto. A simplicitate tua peto, quod de libello meo dicturus es alii, mihi dicas: neque est difficile quod postulo. Nam si hoc opusculum nostrum aut potissimum esset aut solum, fortasse posset durum videri dicere: "Quaere quod agas": molle et humanum est: "Habes quod agas". Vale.

(Plinio, *epistole* 4.14)

Note:

¹ Catull. 16,5-8.

Udine, 5/9/2018

XIV

C. PLINIUS [DECIMO] PATERNO SVO S.

Tu fortasse orationem, ut soles, et flagras et exspectas; at 1
ego quasi ex aliqua peregrina delicataque merce lusus meos
5 tibi prodo. Accipies cum hac epistula hendecasyllabos nostros, 2
quibus nos in vehiculo in balneo inter cenam oblectamus
otium temporis. His iocamur ludimus amamus dolemus 3
querimur irascimur, describimus aliquid modo pressus modo
elatius, atque ipsa varietate temptamus efficere, ut alia aliis
10 quaedam fortasse omnibus placeant. Ex quibus tamen si non 4
nulla tibi petulantiora paulo videbuntur, erit eruditionis tuae
cogitare summos illos et grauissimos viros qui talia scripserunt
non modo lasciuia rerum, sed ne verbis quidem nudis
absinuisset; quae nos refugimus, non quia seueriores (unde
15 enim?), sed quia timidiores sumus. Scimus aliqui huius 5
opusculi illam esse uerissimam legem, quam Catullus ex-
pressit:

Nam castrum esse decet pium poetam
ipsum, uersiculos nihil necesse est,
20 qui tunc denique habent salern et leporem
si sunt molliculi et parum pudici.

Ego quanti faciam iudicium tuum, uel ex hoc potes aesti- 6
mare, quod mali omnia a te pensari quam electa laudari.
Et sane quae sunt commodissima desinunt uideri, cum paria
25 esse coeperunt. Praeterea sapientis subtilisque lector debet non 7
diuerstis conferre diuersa, sed singula expendere, nec deterius

2 Decimo om. hinc ob; habet Ad D. Paternum in indice B; Plinio
manul. Barwick (coll. i 21) 5 hac B; haec α 7 otium ob; otio γ
9 lactius α et (ut uidetur) γ; alius B 10 quaedam B; quae α 11 pet.
paulo ex; paulo pet. β 16 Catull. 16. 5 19 uersiculos B; -uio α
20 tunc ob; tum Tadi 23 omnia a te ob; a te omnia γ 25 debet
non B; non debet α

115

8 alio putare quod est in suo genere perfectum. Sed quid ego
plura? Nam longa praefatione uel excusare uel commendare
ineptias ineptissimum est. Vnum illud praedicendum uideri,
cogitare me has meas nugas ita inscribere hendecasyllabi,
9 qui titulus sola metri lege constringitur. Proinde, siue epi- 5
grammata siue idyllia siue eclogas siue, ut multi, poemata
seu quod aliud uocare malueris, licet uoces, ego tantum
10 hendecasyllabos praesto. A simplicitate tua peto, quod de
libello meo dicitur es alii, mihi dicas; neque est difficile
quod postulo. Nam si hoc opusculum nostrum aut potissi- 10
mum esset aut solum, fortasse posset durum uideri dicere:
'Quaere quod agas'; molle et humanum est: 'Habes quod
agas.' Vale.

XV

C. PLINIUS MINICIO FVNDANO SVO S.

1 Si quid omnino, hoc certe iudicio facio, quod Asinium
Rufum singulariter amo. Est homo eximius et bonorum
amanatissimus. Cur enim non me quoque inter bonos nume-
rem? Idem Corneliuum Tacitum (scis quem uirum) ar-
2 familiaritate complexus est. Proinde si utrumque nostrum 20
probas, de Rufo quoque necesse est idem sentias, cum sit ad
concedendas amicitias uel tenacissimum uinculum morum
3 similitudo. Sunt ei liberi plures. Nam in hoc quoque functus
est optimi cuius officio, quod fecunditate uxoris large frui
uoluit, eo saeculo quo plerisque etiam singulos filios orbitatis 25
praemia graues faciunt. Quibus ille despectis, aui quoque

1 alio ex; aliud β 2 longa ex; longiore β 4 meas nugas α;
nugas meas B; nugas γ ita ex, om. β hendecasyllabi B; -bos α
6 poemata α; -ata β; -atica fortasse γ (desi in hac epistula fortisimum); cf.
iv 27. 1 8 praesto B; om. α quod B; ut quod α 11 dicere
B; diceres α 15 Minicio om. hinc ob; habet Ad Minic. Fundan-
16 certe B; ex α 23 in ex, om. β 26 de-
spectis ob; dis- γ

116

Myones. OCT 1963